

Johann Kleinschmidt Bogislaus Philipp Michaelis

Disputatio Iuridica De Restitutionibus In Integrum

Rostochi[i]: Richel, 1634

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731641221>

Druck Freier  Zugang



Voller Schiedensatz

Kleinschmitt - Michaelis. Vert.

R. U. Jun. 1634.



Disputatio Juridica
De
RESTITUTIONIBUS
IN INTEGRUM.

Quam
D. O. M. A.
Permissu Magnificæ & Amplissimæ Facultatis
Juridicæ in Celeberrima Rosarum
Academia.

PRÆSIDE
VIRO CLARISSIMO CONSULTISSIMO
DN: JOHANN E Kleinschmidt/
J. U. D. ac Professore ordinario.

Publico Examini submittit
BOGISLAV PHILIPP MICHAELIS
Stetinenf.

Ad diem Septemb: *1 octob*
in Auditorio majori.



ROSTOCHI
Ex Officinâ typographicâ heredum Richelianorum,
Anno clō lōc xxxiv.

1634

Disputatio Juridica

RESOLUTIONIBUS
IN PARTEGUM.

D. O. M. N.

Præsidi Magno & Amplissimo Facultatis
Juridicae in Collegio Rostocko

PRÆSIDE

ILLUSTRISSIMO CONSISTISSIMO


DOCTORI JOHANNI E. KRAMER

J. D. et Professore


Publico

ROBERTO PHILIPPO MICHAELIS





THESIS I.



Antea est hujus materiae difficultas, ut *Salic. in l. 5. n. 6. in fin. C. quib. ex caus. maj.*: ubi tractat de remedio Rescindenti & Rescissorio, scribere non vereatur: In his esse amplius cogitandum, quia transcendat intellectum, & Baccho: infinitis locis in Commentariis ad primam partem Pand. ostendat Dd. veteres se ita involvisse in hac materia, ut se extricare non possint. Sed quidquid sit propterea omnis spes non est abicienda, cum difficultatem excipiat & vincat utilitas. Brevib. saltem rem ex ipsis ll. proponere libet, quatenus tenuitas virium mearum hoc admittit, nec enim Instituti mei est, omnia plene profequi.

I. Prima cura verborum, sed praecipua Rerum esse debet, & porro Generalia sunt praemittenda Specialib. Unde primo dicendum est mihi de Restitutione in Integrum in genere, postmodum ad specialem tractatum deveniendum.

III. Et initio homonymia seu multiplex significatio verbi Restituere explicanda est. Generalius accipitur pro reddere, ut notum est. Sic in Rei vindicatione res dicitur restituenda cum sua causa *l. praeterea 20. ff. de Rei Vend.* sic commodatarius, Depositarius & conductor rem conductam, Depositam, commodatam restituere, hoc est, reddere dicuntur, quemadmodum ex Dd hoc tradit *Schneiv. ad §. sic itaq. 14. J. de Act.* Alias pro restaurare redintegrare, in pristinum statum deducere. Hac ratione dicimus restitutum illum, qui in pristinum statum & conditionem reponitur. *Vvesenb. in par. n. 3. h. t.* Et hoc sensu conductor tenetur restituere fenestras *l. si merces 25. §. 2. in fin. ff. locat.* Sic restitui dicuntur Natales *tt. ff. & C. de Natal. restit.* & spoliati hoc fere sensu ante omnia restitui dicuntur. *tt. X. de rest. spoliat.*

IV, Sequitur jam consideratio Realis. Definatur Restitutio

in Integrum communius. *Repositio in pristinum statum.* Ubi tamen mōendum vix Restitutionem in Integrum ita definiri posse, ut tantum conveniat omnibus in Integrum speciebus hoc lib. 4. Propositis, cum nimis inter se sint diversæ. Sed est illa definitio restitutioni spoliatorum & aliis casibus communis.

V. Paulus lib. 1. Sent. t. 7. ita definit: quod Restitutio in Integrum sit redintegrandæ rei vel causæ actio. Verum Restitutio & Repositio in pristinū statum non potest dici Actio cum Actio & Jus petendi inhæreat parti agenti, restitutio autem fiat ab ipso prætorē. Unde apparet per tropum hic Ulpianum restitutionem accepisse pro ipsa restitutionis petitione seu imploratione.

VI. Porro Remedium hoc restitutionis dicitur Extraordinarium l. in causa 16. in pr. ff. de min: ubi ita Ulpianus: *in causa cognitione etiam hoc versabitur, num forte alia actio possit competere, circa in Integrum restitutionem, nam si communi auxilio & mero jure munitus sit, non debet ei tribui extraordinarium auxilium hoc scilicet respectu, quia rescindit ea, quæ summo jure valent.* Nec hinc recte quis inferet, hoc remedium esse Iniquitatis fulcrum, cum jus absolute consideratum æquum, sed respectu circumstantiarum u. g. *Ætatis, Mætus, Doli &c:* iniquum haberi possit. *hinc recte Prætor. l. 1. ff. de min. naturalem æquitatem se secutum profitetur: æquitas namq; ex cujusq; negotii circumstantiis æstimanda.* Alio tamen sensu non negaverim Restitutionem recte dici Remedium Ordinarium, quatenus Prætorum Edicta partem Juris communis faciunt.

VII. Ad modum concedendi restitutionem pertinet, ut præcedat causæ cognitio l. omnes 3. ht. nec enim convenit temere rescindi actus summo jure validos.

VIII. Causæ autem cognitio etiam in Quantitate rei vel summæ consistit. nec enim propter satis minimam rem vel summam, si majori summæ vel rei præjudicetur, restitutionem concedendam dicit Callistratus. l. 4. ht. ratio est, quod hic rescindatur actus Jure summo validus, idq; ex minima causa fieri non debet. Iniquissimū enim esset, ut propter minimū, etiam quadrantē deberent pacta & conventiones præsertim bona fide initæ rescindi. *Odd. de rest. in 1. r. part.*

part. 1. q. 4. art. 12. 13. hinc vulgatum illud: Minima non curat Prætor.
quod obtinebit in hoc Extraordinario remedio: minime autem, si
quis Jure Ordinario rem suam petat: tunc enim & vel minimæ rei
ut plurimum habebitur ratio. Unde Prætor non negaverit Actio-
nem, si rem commodatam, depositam, etiam minimam judicialiter
reperam, si fenestras etiam minimi pretii perfractas & corruptas re-
staurari petam. Illud ad huc adnectendum Dd. Communiter in
dl. 4. Inbaudire voculam Maxime, ut sit sensus, regulariter ob mini-
mam rem non dari restitutionem, & eo minus dari, si summæ majo-
ri Præjudicium fiat. Et quidem *Odd. d. loco.* quando nimirum læsio
magna vel parva dicenda sit, hoc permittit arbitrio judicis. Sed & cre-
diderim, facilius, admitti restitutionem in Actione quod Metus cau-
sa, ad recuperandam rem vi extortam. In Actione Doli autem a-
pertus est textus in *l. si quis 9. cum duab. ll. seq. de dol. mal.* qui resti-
tutionem negat, si summa sit modica & duorum aureorum non ex-
cedat.

IX. Expeditur Restitutio vel Nobili officio ut Dd. loquun-
tûr, cum scil. ipse Prætor ex officio rem expedit, quod plerumque
contingit in restitutione minorum *l. 1. §. de min. ibi Animadvertam ali-*
quando tamen si forte res altioris est indaginis, & manus porrigen-
dæ contra tertium, partes ad pedaneum judicem mittuntur ut aperte
Ulpianus in *l. 13. §. 1. de min. ibi. & hoc vel cognitione pratoria, vel re-*
scissa alienatione, dato in rem judicio. Vel Mercenario judicio, cum
prætor dando Actionem partes mittit ad judicem pedaneum, quod
contingit in actione Doli *per. l. 1. §. 1. ff. de dolo.* In Actione quod
Metus causa *l. metum 9 §. 3. in fin. ff. quod met. causa.* In Actione
Rescissoria, quæ majoribus ob absentiam datur *§. rursus 5. J. de act.*
l. ult. C. ex quib. caus. maj.

X. Tempus petendæ Restitutionis quod attinet, surroga-
tum est quadriennium in locū anni utilis *l. supervacua 7. C. de temp.*
in Integr. rest: Communiter autem Dd. tradunt hanc — muta-
tionem tantum pertinere ad Minores & Majores, non vero ad alias
restitutionum species, eò quod nominatim istarum actionum saltem

mentio fiat in *dl. 7. C. de temp. in Integr. rest.* & aperte *l. ult. C. de dol. mal.* tempus actionis doli biennium determinat.

XI. Solet hic quaeri ex quo tempore illud quadriennium currere incipiat? & Minoribus quidem non solum ante Majorennitatem & impletum vigesimum quintum annum datur restitutio, *l. 7. §. 1. C. de Integ. rest. min.* sed etiam postquam majores facti, & tunc currit ex tempore, ex quo majores facti, ita ut, ex quo dies primus vigesimi sexti anni illuxit, quadriennium currat *dl. ult. C. de temp. in Int. rest.* Majoribus currit ex die sublati impedimenti *dl. ult. C. de temp. in Integr.* ut enim in Restitutione Minorum subducitur aetas minorennis, ita etiam in Restitutione Majorum, ut absentiae, subducatur causa absentiae, qua subducta reverso statim tempus petendae restitutionis currere incipiat. Itaq; si vel 20 abfuerit annis, reverso dabitur quadriennium: Ubi tamen quidam addunt hanc restrictionem *ex l. sed & si 26. §. 8. ff. Ex quibus caus. maj.* si modo quis ob absentiam tantum temporis amiserit: alias tantum temporis saltem restituendum est, quantum absentia abstulit. u. c. ante absentiam jam Usucapio cepta est, ut illi Implenda tantum aliquot menses vel dies defuerint, pro petenda restitutione tantum tot menses & dies concedi debent. *quod ampliatur in d. §. 8.* etiam si unus dies saltem defuerit, tunc enim restitutio unius diei tantum facienda est. *dl. 26. §. 8.* quo etiam facit *dl. 26. §. 7.* & ratio est, quod absentia absentis conditionem meliorem reddere non debet, sufficiat autem non factam esse deteriorem. In aliis autem contractibus majorum, quibus scilicet casibus restitutio competit, totum quadriennium petendae restitutioni relinquatur. *per dl. ult. C. de temp. in Int. rest.*

XII. Quid si res usucapi cepta sit ante absentiam, finita autem Postquam quis domum reversus? hoc casu distinguitur *in l. ab hostib. 15 §. ult. & l. seq. ex quib. caus. maj.* Aut enim reverso tantum temporis superfuit, ut commode actionem instituere potuerit, & hoc casu propter negligentiam ei non subvenitur, si vero modicum tempus superfuerit, ut commode Actio institui non potuerit, restitutio concedenda erit *dl. 15 §. ult. & l. seq. ff. ex quib. caus. maj.*

XIII. Quaeritur hic ulterius de tempore Instantiae, quam diu
ca du

ea dūret? Et *in dl. fin. C. de temp. in Integr. rest.* continuum quadriennium concessum esse ad interponendam contestationem, finiendamq; litem: Nos diximus *th. 11. ex l. sed. & si 26. § 7. & 8. ff. ex quibus caus. m. ij.* id temporis saltem restitui, quod absentia abstulit, etiam si sit unius tantum diei. Sed quomodo tantillum temporis poterit sufficere ad finiendam litem, & quomodo quis adstringere poterit iudicem & partes, ut intra tantillum temporis negotium absoluant? Plerique Dd. distinguunt inter Judicium Rescindens & Recissorium. Illud ajunt finiendum intra quadriennium; Hoc litem contestatione perpetuari *Odd. l. 2. h. q. 21. art. 5.* Sed hic idem manet dubium: & enim quomodo rescindens iudicium uno die vel paucis diebus absolvi poterit? Alii qui unum tempus statuunt, intra quadriennium controversiam finiendam statuunt, & latam sententiam post illud quadriennium esse nullam: *Odd. p. 1. q. 19. art. 12.* sed hisce non in hæreo cum aperitissimum sit in libris ff. & C. plura nobis obtrudi absurda, & insuper tempora finiendæ Actionis, quæ proponuntur *in l. properandum 13. §. 1. C. de Jud. Treutl. vol. 1. disp. 12. th. 15. lit. B.* & nominatim quadriennium hoc in Camera hodie non observari *vol. 1. disp. 11. th. 3.* nec in ullis Judiciis *Bacho. ad Treutl. Vol. 1. disp. 11. th. 3. lit. A. in fin.* ubi ad hoc probandum allegat *Vvesenb. comment. in lib. 2. C. ad l. 12. de Jud. n. 20.*

XIV. Causæ generaliores denegandæ restitutionis omittendæ non sunt. Et Primo. Quod regulariter semel negata restitutio frustra amplius peratur *tt. C. si Rest. soep. postul.* Præsumptio enim est pro sententia, & restitutionem iuste denegatam. Sed hisce appellationis remedium liberum est, si sententia illis displicuerit. Et si minor sit, licet tempus appellandi præterlabi siverit, appellandi jus ipsi restituitur *l. si post sententiam 1. C. si soep. in Integr. rest. postul.* Majori tamen etiam jus appellandi ex Justa impedimenti causa recte concedi *ex Dd. tradit Odd. p. 1. q. 16. art. 3.* Fallit autem regula principalis pluribus modis *de quibus Odd. p. 1. q. 16. art. 4. 5. 6. 7.*

XV. Unicum nos hic saltem modum quo regula fallit attingemus, qui proponitur ab *Odd. art. 5.* & probatur per *l. quæquam curatores 2. cum l. seq. 3. C. si soep. rest. in Integr. postul.* ex quibus patet, fallere

fallere regulam prædictam si ex nova causa & novis defensionibus restitutio iterum petatur.

XVI. Sed quid Juris? si jam semel concessa sit restitutio, & iterum petatur contra id, quod antea concessum fuit, & ita in eadem causa? plane iterato regulariter hoc casu concedi non solet *per dl. 2. C. si sæp. rest: in Integr. post:* cui accedit testimonium Pauli *lib. 1. sent. tit. 7.* ubi sentit integri restitutionem plus quam semel concedendam non esse, nisi sit minor. hic enim secundum *l. ait Prator 70 §. 9. ff. de min.* iterum potest petere, ut Restitutio primo concessa rescindatur: & sic restitutio contra restitutionem, & ita bis petatur, primo nimirum ad adeundam hereditatem, secundo ad repudiandam eandem. Vel è contra primo ad repudiandam hereditatem & secundo ad adeundam eandem. si etenim minor ita restitui petit, novis probationibus niti debet secundum *d. l. 2. & 3. C. si sæp. rest: in Integr. post:* Sed & porro de minore, apertus est textus in *l. minor. autem 18 §. 2. ff. de min.* illos adversus rem judicaram bis restitui. Quod duplicem habet sensum, ut vel contra duas sententias, in una instantia restitui possit, vel in diversis instantiis. Utrumq; potest hic applicari, sed posterior explicatio magis arridet Doctoribus.

XVII. Ex Præcedentibus satis apparet, quibus detur restitutio, nimirum læsis, nec facile aliis datur, nisi ex persona læsorum, quales sunt heredes *l. non solum 6. ff. de in Integr. rest:* Atq; hæc de Generalibus sufficiant.

XVIII. Generalibus hisce præmissis, sequitur ut de Speciebus seu Capitibus maxime principalioribus agamus, inter quæ capita primo loco in *ff.* ponitur METUS, cujus præmittenda notatio. *Varro lib. 5. ita scribit: Metuere (dicitur) à quodam motu animi. cum id quod malum casurum putat refugit mens.*

XIX. Metum varie definiunt. *Donellus lib. comment. 15. C. 38. ex l. 1. ht.* quod sit instantis vel futuri periculi causa, mentis trepidatio. *Bacho. ad ht. cap. 1.* Quod sit motus & affectus animi proveniens ab expectatione imminentis alicujus mali.

XX. Metus autem hic non intelligitur vanus, sed justus duntaxat, qui in hominem constantissimum cadere possit. *l. metum 6 ht.*
scilicet

scilicet quo ad hoc Edictum. Extra quod aliquando minorem me-
tum sufficere non negamus. *l. prator. ait 1. §. 29. l. quod est 3. §. 7. ff.*
de vi & vi armat.

XXI. Et videntur in materia correlata *Vii & Metus, & vim*
esse causam efficientem metus *l. 1. h. t.* Est autem vis multiplex
sed hoc tit. tantum tractatur de Vi compulsiva, qua quis adigitur, ut
alteri rem suam tradat. *de hac ait prator quod metus causa gestum erit*
ratum non habeo d. l. 1. h. t. scilicet dum prator actum summo Jure
validum, sua autoritate rescindit. Sed quare vocula Vis in Edicto
omissa, vel potius detracta est? cum olim ita Edictum comprehen-
sum fuerit: quod vi metusve causa *Be. in d. l. 1. in fin.* quod vocula
Metus sufficere possit, quoniam præsupponat *metum.*

XXII. Dictum est superius *th. 20.* Metum in hoc Edicto
non requiri vanum, sed ut habetur *in l. metum 5. h. t.* *Timorem ma-*
goris malitatis. Alii mali, alii calamitatis legunt. sed parum hæc sunt
curanda. videmus enim *in l. qui rei postulati 3. ff. de bon. eorum qui*
ante sentent. ad eundem modum dici sceleritatem, ubi & plurima
alia congestit Gothofr. in notis. Hinc si imbellis mulier v ro forti
minitetur, talis vanus metus in hoc Edicto non attenditur *l. vi autem*
2. ff. h. t. Est enim quod hic quis stultitiæ suæ referat acceptum,
cum vanum impetum facile evitare potuerit.

XXIII. Proponuntur itaq; hoc tit. gravioris metus Exempla.
ut Mortis *l. continet 3. §. 1. l. nec timorem 7. §. 1. h. t. l. si per vim 4. l. si*
donationi 7. C. eod. Verberum *d. l. 3. §. 1.* Cruciatu corporis *d. l. 4.*
& l. si vi vel metu 3. C. eod. Vinculorum *d. l. 7. §. 1. ff. h. t.* Stupri *l.*
isti quidem 8. §. pen. h. t. ubi sane gravissima injuria infertur corpori.
Minarum capitalium *l. si donationi 7. C. h. t.*

XXIV. Item servitutis *l. ego puto 4. l. isti 8. §. 1. l. si mulier 21.*
h. t. quo pertinet *d. l. 8. §. 1. h. t.* *si inquit Paulus, si accipiat pecuniam,*
qui instrumenta status mei interversurus est, nisi dem, non dubitatur,
quin maximo metu compellar. Utiq; si jam in servitute petor, & illis
instrumenti proditu, liber pronunciar non possum. Alias enim servi-
tutis metus simpliciter huc referri non potest, cum hoc non sit in
potestate privati cujusvis, qui jure debet experiri. Nisi quis intelligat

B

nudum

audum abductionis metum. Nec item hoc pertinet: Si quis in patrum ingratus, metuens revocationem in servitutem, ipsi aliquid dederit, aut promiserit, ne in servitutem redigeretur. Cessat enim hoc casu Edictum, & redditur ratio, quia hunc sibi metum ipse infert *l. si mulier 22. in pr. ff. h. t.* Ex qua lege bene notandum est, comminationem iustæ actionis ad hoc Edictum non pertinere.

XXV. Item Carceris *l. in carcerem 22. h. t.* de quo Paulus ita scribit: *Qui in carcerem quem detrusit, ut aliquid ei extorqueret (ubi nota inclusionis finem) quidquid ob hanc causam factum est, nullius est momenti (inspecto scilicet exitu) ubi carceris appellatione tam privatus quam publicus intelligi potest.* In illum enim potest quis de facto includi, cum de jure alias privatus carcerem habere non possit *et C. de priv. carc.* In hunc si à magistratu quis notoriè fuerit incarceratus injuria, huic finis, ut pecuniam à captivo extorqueret *d. l. 3 §. 1. h. t.* quod ad officium magistratus pertinere non potest. Alias si iuste quis, & à magistratu qua tali fuerit detrusus in carcerem, jam non potest dici vis, sed Executio Justitiæ *d. l. 3 §. 1. h. t.* Requiritur autem notoriè Injuriam captivo illatam esse, quo casu privati loco habetur. Si autem dubitetur an iuste vel injustè hoc fecerit, tunc præsumptio militat pro magistratu.

XXVI. Nihil autem interest, in se quis vereatur hoc, an in liberis suis, cum pro affectu parentis magis in liberis terreantur *d. l. 8. §. fin. h. t.* Et quod metus non solum inferitur immediatè scilicet nobis ipsis, sed & mediatè, quod contingit non solum in persona patientis, *d. l. 8. §. fin.* sed & inferentis. *l. metum 9. §. 1. vers. sed licet vim ff. h. t. l. non interest 5. C. h. t.*

XXVII. Gravioris metus Exempla jam prosecuti sumus, nunc porro levioris exempla ex LL. proponenda sunt, quæ huic Edicto locum non faciunt, ut metus vexationis *l. nec timorem 7. h. t.* Minarum futillum *l. si donationis 7. C. h. t.* Nec timorem infamie hoc Edicto contineri Pedius dicit *l. 7. h. t.* ratio hæc est, quod vanus hic æstimetur metus: cum non sit in potestate privati aliquem facere infamem. Nemo enim alienis conviciis, sed proprio turpi facto infamis redditur. Et si consideremus Infamiam propriè dictam, turpe factum

factum quodvis non sufficit ad interrogandam hanc infamiam : sed requiritur amplius, ut tale sit turpe factum, quod notetur à Jure l. 1. & 11. C. ex quib. caus. infam. irrog. Duo itaq, requiruntur, Turpe factum, & Auctoritas Juris.

XXVIII. Circumstantia item loci & personarum aliquando presumptionem justis metus non admittunt, unde metus non presumitur illatus clarissimæ dignitatis viro, & quidem in ipsa urbe & ult. in pr. h. r. Ex quo videtur recte generaliter colligi : Justum metum vel Injustum æstimari debere ex circumstantiis personarum, loci, temporis &c. Quid enim si Infanti, mulieri, aut alias infirmioris valetudinis homini levior vis & metus inferatur, facilis illis succurret Judex.

XXIX. Et hætenus de Actionib. ipso Jure validis, qui Prætoris beneficio rescinduntur. Excipiuntur tamen quidam, qui ab Initio pronunciantur nulli. Est enim hæc potestas Juris civilis, ut actui pro se valido, initio possit resistere, & illum pro nullo declarare, quod præcipue contingit, quoties contra actum ipso Jure validum, & favore dignum vix, ac ne vix daretur restitutio. Exemplum primum est in Promissione dotis d. l. 21. § 3. h. r. quæ si metu facta est, ipsa promissio nulla est, cum enim hi actus sustineri nulla ratione possint, ne injuriam patiat alter, alter autem ex delicto sentiat lucrum, & tamen favor matrimonii & dotis magnus sit, hinc existimatum est, rectius initio occurri, quam tales Actus favorabiles prolixiori opera rescindi Sic libertas res favorabilis metu & vi extorta initio videtur nulla per l. ille servus 9 ff. qui & à quib. manumiss. Sic matrimonium ex communi consensu Dd. ut testatur Covarruv. de sponsalib. & matrim. part. 2. cap. 3 §. 5. initio pro nullo habetur.

XXX. Sequitur jam Actio, quæ metum passo datur, ad recuperandum illud, quod extortum est, ut in seqq. Actio hæc, quæ à primis Edicti verbis : Quod metus causa nomen sortitur, est personalis, in rem scripta, arbitraria, qua reus, qui jussu Judicis rem non restituit, intra annum in quadruplum, post annum in simplicem condemnatur, quæ singula probanda & explicanda.

XXXI. Dicitur 1. personalis § præterea 31. f. de act. causarum

B 2

harum

harum Actionum proponitur in § 1. f. cod. quod Actiones personales, oriuntur vel ex contractu, vel ex delicto. Atqui hanc Actionem oriri ex delicto dubitari non potest, cum violentiæ illatio sit delictū; unde sequitur origine esse personalem.

XXXII. Deinde hæc Actio in Rem scripta est, *l. metum autem 9. §. fin. h. t.* quia datur etiam contra tertium possessorem, qui metum non intulit *l. item si. 14. §. 3. h. t.* Generaliter enim de re metu extorta concipitur, sine designatione ullius personæ *d. l. 9. §. fin. h. t.* Et licet hæc Actio etiam in quadruplum detur, tamen & eo casu citra iniquitatem porrigitur in tertium possessorem *d. l. item si. 14. §. 3. h. t.* quoniam condemnatur ita demum ob contumaciam. Notandum tamen est hujus Actionis naturam non planè convenire omnibus personis conveniendis, sed pro diversa qualitate illarum variare. Ratione enim ejus qui vim intulit, non consideratur qua in rem scripta est, sed qua originaliter ex delicto, & ita personalis est. Ratione alterius ut tertii possessoris consideratur ut scripta in Rem. Unde consequenter recte Pedius scripsit, Arbitrium Judicis in restituenda re tale esse, ut eum quidem, qui vim admisit, Jubeat restituere, etiamsi ad alium res pervenit *d. l. 14. §. 5. in fin. h. t.* ratio est, quia metum inferens, sicut & alius rem alterius per furtum & rapinam auferens, semper censetur esse in mora, & dolo fecisse, quo minus possideret.

XXXIII. Tertio hanc Actionem Arbitrariam esse diximus, idq; probatur *d. l. 14. §. 4. h. t. §. præterea 31. f. de Act:* quod nomen ideo adjungitur, ut cognoscatur inde qualitas hujus Actionis. Arbitrariæ Actiones in *d. §. 31.* dicuntur, quod pendeant ab arbitrio Judicis. Idq; fit dupliciter. Primo cum Judex ex certa causa quantum actori adjudicari debeat, ex officio & arbitrio determinat, quod contingit in Actione quod certo loco. quæ explicatio huc non pertinet. Secundo cum Judex juxta formulam aliquid restitui jubet, quo facto reus absolvitur, non facto, gravior sententia in reum fertur ob contumaciam. Omissa Actione Rei vindicatione, applicanda hæc sunt actioni nostræ, quod metus causa. Duplicem sententiam interponi in Arbitrariis hisce Actionibus probatur ex *d. §. 31. f. de Act. ibi. nisi arbi-*

arbitrio iudicis satisfaciatur, condemnari debet. Prior solet, propriè Arbitrium appellari, & habet vicem cuiusdam interlocutoriae, quo Iudex jubet rem restitui, cui arbitrio, si reus non paruerit, condemnat illum in quadruplum & in hoc posita est sententia posterior finalis d. l. 14. §. 1. & 4. h. t.

XXXIV. Ex jam dictis apparet, quod hæc Actio sit Pœnalis, cum detur in quadruplum §. quadrupli 25. J. de Act. d. l. 14. §. 1. h. t. Verum non absolute, sed sub conditione, si nolit rem restituere d. l. 14. §. 4. Et quia Actiones pœnales ex delicto qua tales in heredem non competunt, §. 1. J. de perpet. & temp. act. cum nimirum heres non teneatur, nisi qua repræsentat defunctum, repræsentatio autem in delictis cesset. Hinc nec hæc Actio quod Metus causa datur in heredes, nisi quatenus ad eos pervenit. l. quod diximus 16. §. 2. h. t. ne scilicet ex scelere defuncti, locupletiores reddantur d. l. 16. §. fin. l. quod est 3. in pr. ff. de vi & vi armat. Hastenus enim nec pœnales sunt, neque ex delicto dari censentur, sed sub qualitate rei persecutoriarum. Unde est, quod hoc respectu hæc Actiones in perpetuum dentur. l. videamus 17. in fin. l. quod autem 19. h. t.

XXXV. Ampliatur hoc in d. l. 17. ut sufficiat semel tantum pervenisse ad heredem, adeò, ut porro heres heredis teneatur, licet res à primo creditore consumpta sit d. l. 17. h. t. sufficit enim semel rem in utilitatem rei conversam esse l. si ipsa res 18. h. t. Aliud dicendum est, si res ante moram apud heredem naturaliter perierit d. l. 18. hastenus enim cum effectu non censetur pervenisse, quod limitatur, nisi post litem contestatam res perierit naturaliter l. quantum autem 20. in pr. h. t. ratio est, quia per litem contestationem intelligitur heres moram fecisse.

XXXVI. Porro hæc Actio mixta est, h. e. tam Rem quam Pœnam persequitur, illo scilicet casu, quo quadruplicatur, in quadruplo enim res ipsa continetur, & triplum saltem pœna est. l. item si 14. §. 10. h. t. quod ampliatur, ut quadrupletur etiam omne, quod restituendum est, res scilicet cum omni causa d. l. 14. §. 1. & 7. h. t.

XXXVII. Actio hæc intra annum tantum datur in quadruplum, post annum vero in simplum d. l. 14. §. 1. h. t. l. si per vim 4.

C. eod. ratio est, quia omnes fere (excepta actione Furri manifesti
pr. *J. de perp. & temp. act.*) actiones pœnales prætorix anno finiri so-
lent *l. in honorariu 3r. ff. de Obl. & act. pr. J. de perp. & temp. aff.*
atq; hæc qualitas est à causa efficiente Edicti prætoris, cujus tantum
annuum fuit imperium.

XXXVIII. Ultimo addendum est, metum passo succurri, non
solum Actione Quod Metus causa, sed etiam Exceptione, siue res
sit perfecta, siue (in quo membro improbarur Pomponii sententia)
Imperfecta *d. l. metum 9. §. 3. h. t.* ubi initio monendum Imperfe-
ctum hic dici, ubi promissio sola facta est, & metum inferens, finem
suum ultimum v. c. traditionis nondum assecutus est. Alio tamen
sensu, ubi promissio vel stipulatio sola facta est, rem perfectam dici
non negamus. Quæritur hic de casu, Quando re perfecta excep-
tioni locus esse possit? Ponitur talis, si forte res ad eum, qui metu
eam tradidit inferenti, redierit. Quæritur itidem, Quomodo re
Imperfecta Actio Quod metus causa detur? Anne ut, ne delictum
maneret impunitum? sed constat Actionem quod Metus causa ab-
solutè non dari in quadruplum, Etsi accepto tulerit obligationem,
pœnam Reus evitare poterit. Dicimus, Metum passi interesse posse,
ne sit obligatus, & hinc Actionem esse utiliozem, qua consequitur
Liberationem. Sufficiant hæc de Metu.

XXXIX. Sequitur tractatus de DOLO MALO quæ inscriptio
ostendit, alium Dolum esse Bonum. Et quia hic certa species tan-
tum Doli nimirum mali definitur. *l. 1. §. 2. h. t.* Generalior acceptio
nominis definitioni præmittenda est. At autem Ulpian. *in d. l. 1. §. 3.*
*Non fuisse Prætozem contentum Dolum dicere, sed adjecisse Malum, quo-
niam veteres etiam Dolum Bonum dixerint, & pro solertia hoc nomen ac-
teperint.* Idq; confirmat Festus in Vocabulo Dolus: *Doli vocabulo
inquit, nunc tantum in malis utimur, apud antiquos autem etiam in bo-
ni rebus utebantur. Unde ad huc dicimus: sine Dolo malo, nimirum,
quia solebat dici & Bonus. hæcenus Festus.* Ex utroq; itaq; loco tam
ex *d. l. 1. §. 3.* quam ex Festo apparet hanc distinctionem esse antiquam,
secundum quam Dolus vel est Bonus, vel Malus. Ille dicitur qui
tendit ad Bonum finem, & ad fraudes, malasq; artes repellendas &

over-

avertendas v. c. sui defendendi. Ut enim vim vi repellere licet, ita Fraudem Fraude l. cum pater 77. §. 31. in fin. ff. de leg. 2. Varia hujus Doli exempla proponi solent, & hinc licitū traditur hostem circumvenire d. l. 1. §. 3. hunc enim astu, Insidiis, & stratagematibus fallere, non postrema laus est; ut docet quotidiana Experientia, modo fides data non fallatur, vel eludatur, ut de Thracib. legitur apud Strabon. lib. 9. qui pactis aliquot dierum inducis, noctu excursiones agebant. Hinc volunt licere, ut medicus ægroto possit imponere, cum hoc ipso salutem eius procuret.

XL. Rursus Dolus Malus considerari potest in genere & in specie. In genere significat fraudulentum & malitiosum peccandi propositum: sicq; in genere consideratur in delictis. Hujus Doli in genere duplex iterum consideratio esse potest, ut alius dicatur, cum aliud simulatur, aliud agitur secundum d. l. 1. §. 2. h. r. alius, cum citra simulationem aperte id agitur, quod agitur. Utrumq; in delictis contingere potest. Nam & in homicidio, citra ullam simulationem quis hominem aperte occidere potest & tamen quis propositum hoc dissimulare potest. Nam & Fures, Prædones, omni astu, & sapientiæ captata occasione noctis scelus quovis studio occultant, ne impediatur. In contractibus autem una ferè consideratio saltem occurrit, quæ hujus est loci, & ad quam solam definitio in l. 1. §. 2. h. r. proposita pertinet.

XLI. Solet etiam aliquis dici Dolus rei ipsa contingens, absq; simulatione & fraudulento proposito, qui à quibusdam appellatur Negotialis, ut cum contrahentibus dicitur licere naturaliter se circumvenire l. in causa 16. §. pen. ff. de min. l. item si 22. §. fin. ff. locat. Rei ipsa scilicet & factæ citra personalem circumscriptionem. Cum enim rerum constantis æstimatio non sit & ita variet pro diversitate temporum, locorum, &c: hinc alteri majoris vendere, alteri minoris emere permittitur, in quo tamen limites à jure nostro præscripti sunt, de quo alibi. Sed notandum hic, hunc Dolum nec Mali nec Boni speciem esse: nec esse revera hunc Dolum, sed ita dici ob similitudinem, quatenus alter iniquum lucrum captare videtur, & hoc sensu convenit cum Dolo Bono vel Malo, genere non Synonymo, sed homonymo.

Dolus

XLII. Dolus Malus à Servio in *d. l. 1 §. 2. h. t.* describitur, quod sit Machinatio quedam alterius decipiendi causa, cum aliud simulatur, aliud agitur. Labeonis Descriptio ab Ulpiano comprobata. hæc est ex *d. l. 1 §. 2.* Dolus Malus est omnis Calliditas, Fallacia, Machinatio, ad circumveniendum, Fallendum, decipiendum alterum adhibita. Hanc Definitionem Labeonis, non esse contrariam superiori Servii, sed saltem quoad verborum conceptionem diversam, asserimus. Et enim Definitio Pedii in *l. juru gentium 7 §. 9. ff. de pact.* quæ eadem est cum definitione Servii in *d. l. 1 §. 2. h. t.* ab ipso Ulpiano non improbat in *d. l. 7 §. 9. de pact.* unde existimat Hottomannus *1. obs. 20.* verba Machinationem decipiendi causa, ab alio inserta esse, & probat ex Cicerone, à Servio Dolum his verbis tantum descriptum fuisse: cum aliud agitur, aliud simulatur.

XLIII. Actio hæc Doli, qua quis Dolo malo circumventus restituitur, est Personalis, Arbitraria, qua is, qui dolum adhibuit, nisi rem arbitrio judicis restituat, tanti condemnatur, quanti ea res ab Actore per jusjurandum æstimata fuerit *l. arbitrio judicis 18. h. t.*

XLIV. Dicitur hæc Actio initio Personalis, eò, quod in hac Actione designari oportet, cujus dolo factum sit *l. sed et 15 §. fin. h. t.* ubi hæc verba adduntur *Quamvis in metu non sit necesse.* Quæ verba, distinctam esse naturam actionis Doli & Quod Metus causa aperte evincunt. Hæc enim est mere Personalis, sed & in rem scripta est, ut supra dictum. Aliter se res habet in Actione Doli, idq, merito statutum est, cum hæc Actio sit famosa *l. 1. §. 4. h. t. l. 1. ff. de his qui not.* & hinc in tertium possessorem dari non debeat. Sed & personalis est, quia utiq, ex delicto descendit, nec enim citra delictum famosa esse posset. Quo respectu Pœnarium Actionum naturam sequitur hæc Actio. Unde est, quod ad naturam ferè pœnarium detur heredibus & contra heredes, *l. heredib. 13. h. t.* sed contra hos non simpliciter, sed quatenus ad eos pervenit, h. e. quatenus ex ea re locupletior hereditas ad eum pervenit *l. si plures 17 §. 1. l. in heredem 26. h. t.* Ratio est, quia nulla Actio ex delicto in heredes aliter datur, quam quatenus pervenit.

XLV. Illud hic notandum, quod aliæ Actiones ex delicto dentur

ventur quidem contra heredes, quatenus pervenit, sed non in alios.
Actio autem Doli detur etiam in alios *l. sed & ex dolo 15. §. 1. h. t.* ut ita
plus admissum appareat in hac actione Doli, quam in aliis actionibus
ex delicto. Sed hæc dextrè accipienda sunt, ne evertatur quod di-
ximus *ex l. 15. §. fin. h. t.* Actionem Doli non esse in Rem scriptam,
& hinc non dari contra tertium possessorem, sicut actio quod Metus
causa, de quo in disput. actu.

XLVI. Hanc Actionem esse arbitrariam docet § *præterea 31.*
§. de Act. hinc arbitrio Judicis in hac actione Restitutio comprehen-
ditur, & nisi fiet Restitutio, sequitur condemnatio quanti ea res est.
l. arbitrio 18. h. t. hoc est quanti Actor in litem juraverit *d. l. 18. in pr.*
h. t. tanti enim hinc res intelligitur, quanti jure æstimatur, ita tamen
ut Juxta Jusjurandum taxatione refrenare possit *d. l. 18. in pr. h. t.*

XLVII. Datur hæc Actio non nisi *Causa Cognita l. si quis 9. §.*
fin. h. t. In causæ cognitione duo potissimum versantur, Et ut alia
actio non sit, Et ut Causa sit Justa. *l. 1. §. 1. h. t.* Causa autem Justa
videtur consistere in calliditate aliqua insigniori *l. & eleganter 7. §.*
fin. h. t. in Quantitate læsionis *l. si quis 9. §. fin. cum duab. ll. seq. ff. h. t.*
in Qualitate personæ dolum admittentis. *l. non debet 11. §. 1. h. t.*

XLVIII. Ut itaq; hæc Actio locum habeat requiritur, ut alia
Actio non sit *d. l. 1. §. 1. l. 7. in pr. h. t.* ratio est, quod Actio hæc sit
famosa *l. 1. §. 4. h. t.* & Præterea, quod sit Actio Extraordinaria, vali-
dumq; actum rescindat, quæ regula pluribus modis ampliatur *in l. 1.*
§. 4. & seqq. h. t. Si itaq; alia Actio efficax supersit, hæc Doli Actio
negabitur regulariter, quod tamen aliquot admittit limitationes, de
quib. in discursa.

XLIX. De Quantitate læsionis ita Jus est, ut ob minimam
læSIONEM hæc actio denegari debeat, si scilicet læsio non excedat
duos aureos *d. l. 9. §. fin. cum duab. ll. seqq. h. t.* cum enim famosa
sit hæc Actio, ob minimam rem alterius famam periclitari iniquum
visum fuit.

L. Qualitas Personarum item excludit hanc Actionem.
Nec enim dabitur Liberis vel Libertis adversus Parentes, Patronos-
ve, ratio quia famosa est *d. l. non debet dari 11. §. 1. h. t. l. si supersite 5.*

C

C. eod.

C *ead.* nec etiam humili adversus eum, qui dignitate excellit. v. c. Plebejo adversus consularem receptæ auctoritatis, nec luxurioso vel prodigo adversus hominem vitæ emendatoris *d. l. n. §. i. vers. sed nec h. t.* Ne tamen hæ personæ ex dolo suo lucrum captent illarum dolo vindicatur actione in Factum subsidiaria. *d. l. n. in fin. h. t. & l. seq.* quæ Actio famosa non est, sed verbis temperata ut dicitur *d. l. n. in fin.* cui tamen si verba Justiniani attendimus, videtur ferè derogatum. *per l. ult. C. qui & advers quos in Integ.* quam tamen *Dd.* ita restringunt, ut saltem obtineat in restitutione minorum, pro qua officium nobile imploratur.

LI. Datur hæ Actio de Dolo omnibus qui Dolo decepti & circumventi sunt, illi fini, ut serventur indemnes: etiam filix ad renunciandum sub juramento paternæ hereditati dolo inductæ *c. quamvis in 6. de pact. c. cum contingat X. de Jur. Jur.* quæ sententia in Camera Imperali recepta est: *testib. Gailio 2. observ. 147. & Mynsing. 5. observ. 59.* ut tamen Decepto hæ Actio detur, requiritur, ut nec ipse agens sit in Dolo *l. si quis tabulas 53. h. t.*

LII. Adversus eum datur hæ Actio qui dolum committit, etiam si sit Pupillus, modo proximus pubertati sit. *l. heredib. tamen. 13. §. i. h. t.* si tamen pater sit, non Actio Doli, sed subsidiaria in Factum dabitur. *l. si superstite. 5. in fin. C. h. t.* In heredem autem & successorem datur duntaxat de eo quod ad eos pervenit. *l. si plures 17. in fin. l. in heredem 26. h. t.*

LIII. Olim huic Actioni de Dolo præstitutus fuit terminus. Anni utilis, hodie biennii *l. fin. C. h. t.* tam inchoandæ quam finendæ *d. l. fin. C. h. t.* Biennio autem elapso datur Actio in Factum. *l. itaq; si. 28. in fin. ff. h. t.*

LIV. Proponenda hic tandem difficilis illa quæstio quando Dolus contractum ipso jure nullum efficiat. Distinguendum hic est inter contractus bonæ fidei & stricti Juris, & inter Dolum Incidentem & dantem causam Contractui. Et quidem in contractib. Bonæ fidei nulla est distinctio: sive enim dolus causam & initium dederit contractui, sive in eum inciderit, contractus initio subsistit, sed petens per exceptionem Doli submovetur. *l. dolo vel metu. 5. C. de Inutil. stipul.*

Paul. l. si quis 36. ff. de V. O. In bonæ fidei contractibus distinguendum est inter Dolum causam dantem & incidentem. Hic ab initio contractum bonæ fidei ipso jure non reddit nullum. *l. in venditionib. 9 §. 1. & seq. ff. de contrah. empt.* sed ille contractum bonæ fidei statim initio reddit nullius momenti *l. & eleganter. 7. h. t. l. in cause cognit. 16. §. 1. ff. de minor.*

LIV. Tertio succurrit Prætor MINORIBUS 25 annis suo Edicto, cujus causa est Fragile Judicium, & captionibus obnoxium *l. hoc Edictum 1. ff. h. t.* quod tempus computatur de momento in momentum *l. deniq. 3 §. 3. h. t.* idq, speciali favore minoris, qui suadet extendi potius tempora minorennitatis, quam arctari.

LVI. Minorem Jura dicunt illum, qui nondum 25um annum complevit. *l. majores 3. ff. de J. immunit.* Nihil autem interest, Mas sive Fœmina, Paterfam. sive Filiusfam. sit, dummodo illorum intersit restitui *d. h. 3 §. 4. h. t.*

LVII. Causa hujus Restitutionis remotior est Ætas, proximior Læsiō. Et ergo Minorem, damnum sensisse oportet, ut restitutio concedatur, utrumq, probandum est. *l. de atate 43. h. t. l. nam posteaquam 9 §. 4. ff. de Jurejurand.*

LVIII. Et quidem de ætate quæritur Initio, cui incumbat, probatio minorennis ætatis? Verior est sententia eorum, qui probandi onus imponunt illi, qui in ea se fundat, & propter eam restitui postulat. *l. cum te minorem 9. C. de probat. l. si minorem 4. C. de restit. min.*

LIX. Deinde quæritur quomodo sit probanda ætas. Ubi constat ex Menochio admitti etiam probationes leviores. *Menoch. lib. 2. de præf. c. 50.* cum hæc res sit difficilis probationis. Probari autem potest per testes *l. omnes 2. C. de his qui ven. atat. impetr.* Et admittuntur sine dubio adsertiones obstetricum, vicinorum, item liber Parocho, idq, certissimum testimonium esse ait Mauric. *tr. de Restit. in Integ. c. 321.* Nec enim in Parocho ulla fraus præsumi potest, dum consignat nomina eorum, qui sacro baptisinate lavantur in libro parochiali.

LX. Sed An Parentum Depositioni plena Auctoritas tribui debeat.

debeat, quæri solet? Et si quidam horum Depositioni plus æquo in hac materia tribuant, verior tamen videtur Depositionem hanc Parentum suspectam haberi *l. parentes 6. C. de test.* Gothofredi autem ratio, quod nimirum Parentes liberorum ætatem melius habeant cognitam, nulla est. Quantum enim horum testimonio propter præsumptam scientiam accedit, tantum illi falsitatis suspitio detrahitur: quæ ratio in consanguineis & matre quoq; militat. Et quod de Matre & Avo proponitur *in l. etiam matris 16. ff. de probat.* non accipiendum est pro depositione Matris & Avi, ut testium, sed de professione publica, quæ fiebat apud acta, quæ est publica q. denunciatio *l. insinuatio ita enim Budæus l. 13. de probat. Antiqui liberos natos sibi, profitebantur apud Acta.*

LXI. Librum tamen Parentum, in quibus diem nativitatis annotarunt, longè majorem fidem facere, & præcipuè si contra filium producat, communiter placuit. *ut testatur Odd. tr. de Rest. in Integ. p. 1. quest. 37. art. 12.*

LXII. Alia ratio probandi ætatem videtur proponi *in l. 32. h. t.* quæ fit per Aspectum. Sed oportet hoc accipi, si aliæ probationes cessant. Et tamen non apparet, quomodo per aspectum præcisè ætas 25 annorum completorum vel non completorum probari possit. Ponendi itaq; sunt hic termini habiles.

LXIII. Circa læsionem considerandum est, ut sit facta inconsulta facilitate, & ætatis levitate *l. 1. h. t.* Hinc si fortuito casu læsio contigerit, Restitutio negabitur *l. ait prator 7 §. 8. h. t. licet minor damnum sentiat. v. c. si servus, quò indigebat emptus à minore, naturaliter mortuus fuerit. l. verum 11 §. 4. h. t.* Hoc enim casu inconsultam ætatis levitatem allegare non poterit. unde est, quod dicitur. Non restitui minorem, qui rem suam gessit sobriè. Et ulterius hinc deducitur, non restitui minorem, si hereditas satis locuples à minore adita, fatali casu perierit. *v. c. si prædia chasmate perierunt, Insulæ exustæ sunt, servi fugerunt, aut decesserunt d. l. 11 §. 5. h. t.* ubi ratio: quod ætatis lubrico captus non sit, adeundo hereditatem locupletem, & quod Fato contingit, cuius patri familias, quamvis diligentissimo contingere possit *d. l. 11 §. 5.* quæ tamen vera sunt,

sunt, si nulla negligentia præcedens minori imputari, nec alius diligentia sua illud damnum præcavere & evitare possit *d. l. n. §. 5. in fine. h. t.* alias enim restitutionem promittit illi *d. l. 11 §. 5. h. t.*

LXIV. Requiritur igitur ut huic Edicto locus sit, & Ætas Minorennis & Laeso. Quod tamen extendi volunt etiam ad Remp. ut illa, non quidem ex Edicto Minorum, sed jure Minorum restituatur *l. pen. C. ex quib. caus. maj. l. rempub. 3. C. de jur. reip. ad prodigos autem, quos ipso Jure fieri negamus, hoc non pertinere statuimus.*

LXV. Non tamen semper minoribus succurritur, sed causa primum cognita *d. l. 11 §. 3. h. t. l. non omnia 44. ff. eod.* si enim omnia quæ cum minoribus geruntur rescindenda essent, nimio incommodo hujus ætatis homines, nemine scilicet cum illis contrahere volente, afficerentur *l. quod si 24 §. 1. h. t.*

LXVI. De Minoribus generaliter loquitur Edictum, ut tamen non tantum succurratur puberibus sed etiam impuberibus secundum *l. pen. h. t.* uti tamen ponendi sunt termini habiles, actus validi cum pupillo. Imo etiam illis qui adhuc in utero sunt *l. etiam 45. h. t.* quod speciali favore receptum est, cum ille qui in Utero est respectu commodi pro nato habeatur.

LXVII. Amplius ut Edicto sit locus, gestum quid esse oportet cum minore *d. l. 1 §. 1. h. t.* sive in Contractibus sive in Judiciis *d. l. ait prator. 7. pr. & §. 4. pen. & ult. h. t.* nec cum minore solo contractum esse necesse est, sed restitutioni locus est, etiam si interfuerit curator *l. si jam puberes 1. cum l. seq. C. si tut vel cur. interv.*

LXVIII. Hinc Minor qui defuncto, cum quo quid gestum est, successit, non restituitur *l. Æmilius 38. ibi putabant bene judicatum, quod pater ejus non ipsa contraxerat ff. h. t.* Quod autem *d. l.* restituatur pupilla, id fit ex hac ratione, quod adimpletio contractus gesti cum defuncto incidit in ætatem & personam pupillæ, cujus ætas effecit, ut conditioni pareretur, quod limitationis loco haberi potest.

LXIX. Causæ ob quas Minores restituuntur, variæ sunt & generatim dicimus restituatur Minorem vel ob damnum acceptum,

C 3

vel

vel ob Lucrum omiffum, ad quam bimembrem resolutionem pof-
funt redigi tria illa capita, quæ proponuntur *in d. l. non omnia 44.*
b. t.

LXX. Ob Damnum acceptum ut restitui poffit minor, varii
occurrunt casus, si hereditatem adivit minus lucrofam, restituitur
minor, ut eam liceat repudiare *d. l. ait prator. 7 §. 5. b. t.* sic restitui-
tur Minor aduersus stipulationem pœnalem, compromisso subje-
ctam *l. si minor 34 §. 1. b. t.* aduersus venditionem ita, ut Emptor
fundum cum fructibus reddere & pretium restituere teneatur *d. l.*
quid si minor 24 §. pen. b. t. quod limitatur, nisi si tunc dederit, cum
eum perditurum non ignoraret, hoc enim casu Emptor fundum re-
stituere tenetur, nec recuperat pretium *d. l. 34. §. 1. b. t.* idq; verum
est non tantum in simplici venditione, sed & illa, quæ cum decreto
facta est *l. si quidem 11. C. de prad. min.* vel alias publica auctoritate,
ut si ex causa iudicati pignora minoris capta sunt & distracta, & gran-
de damnum sit minoris *l. si ex causa 9. b. t.* sic etiam si res minoris
publicè vendantur, & existat alius postmodum, qui plus offerat, re-
stituitur minor ad hoc, ut rursus admittatur licitatio *d. l. ait prator.*
7. §. 9. b. t.

LXXI. Sic restituitur Minor, si ipsi soluta fuerit pecunia à
debitore, quam perdidit *d. l. 7 §. 2. b. t.* unde traditur *in d. l. 7 §. 2.* de-
bitorem non compelli posse, ut minori solvatur pecunia, sed si vel
Minor hoc nomine conveniat debitorem, vel ipse etiam debitor libe-
rari velit juxta *d. §. 2.* solutio fieri debet cum adhibitione Curatoris,
aut si curatores non sint, per depositionem in ædem sacram: ubi ta-
men hoc casu etiam permittitur debitori compellere adolescentem,
ut sibi petat curatores *d. l. 7 §. 2. b. t.* si autem ætate à Debitore alle-
gata non attenda, jubeat prætor ipsi minori solvi pecuniam, minor
restitui petens non auditur. *d. l. 7. §. 2. in fin. b. t.* nec enim quicquam
est, quod hic imputari possit debitori. Solvens autem curator de-
bitor, ipso jure securus est, & liberatur *l. Lucius Titius 46 §. 5. ff. de ad-
ministr. tut.* Et hæc ita Jure veteri, cui hæctenus derogatum videtur
per *l. sancimus 25. C. de admin. tut.* secundum quam debitores pupil-
lorum vel adulatorum recte demum solvunt curatoribus & tutoribus,
si sen-

si sententia Judicialis hoc permisit, tunc enim demum sequi plenissimam securitatem, ne demum inquietentur, aperte traditum est quod tamen ad redditus & pensiones non extendi debet. *secundum d. l. 25. C. de administ. tut. §. nunc admonendi sumus 2. J. quib. alien. licet vel non.*

LXXII. In Muliere sola restituenda, singularis occurrit casus *l. si ex causa 9 §. 1. h. t.* Fœmina enim minor læsa in promissione dotis restituitur, si vel ultra vires patrimonii vel totum patrimonium circumventa, in dotem dedit.

LXXIII. Versatur item damnum minoris si minor accepto tulerit debitum, atq; ita obligationem amiserit *l. patri 27 §. 2. h. t.* si obligationem permutaverit, hoc est, si obligationem novaverit, & pro debitore priore non æquè commodum debitorem acceperit, vel priorem obligationem in æquè commodam non transfuderit. *l. minor annu 40. h. t.* Minori enim ibi quæ sita jam erat actio judicati per sententiam, qui illud jus convertit per Novationem in obligationem mutui. Restitutio conceditur Minori, quia Actio judicati longè est utilior, quippe paratam habens executionem, & in qua amplius non quæritur, an debeat, sed an judicatum sit.

LXXIV. Restituitur etiam Minor si insolutum quid dederit & læsus sit, hætenus enim Datio insolutum similis est venditioni, adversus quam Minorem restitui paulò ante diximus. Proponitur autem casus hujus Dationis Insolutum *in d. l. minor annu 40 §. 1. h. t.* Ubi si minor creditoribus paternis prædium Insolutum dedit, restituitur, ut tamen præstet usuras, vel compensationem earum cum fructibus admittat *d. l. 40 §. 1. h. t.*

LXXV. Et non solum contra Actus extra judicium à minore gestos datur restitutio, sed & in Judiciis subvenitur, siue dum agit, siue dum convenitur captus sit *l. ait prætor 7. §. 4. h. t.* modo tutoris vel curatoris culpa lis & instantia non perierit, quo casu, si modo tutor vel curator solvendo sit, negatur restitutio *l. properandum 13 §. fin. C. de Judic.* quæ tamen conceditur si hi solvendo non sint *d. l. 13. §. fin. C. de Judic.*

LXXVI. Sic si intra legitima tempora non provocaverit minor,

nor, restituitur, ut elapso tempore adhuc appellare possit *d. l. 7 §. per. h. t.* si quasi contumax condemnatus sit *l. minor etiam si §. h. t.* potest enim quis citra Dolum v. c. non comparere si intra terminum v. c. Probationis allegationem non proposuerit *d. l. minor 36. h. t.* si per sententiam condemnatus sit. *tt. C si advers. rem judicat.*

LXXVII. De altero membro & lucro omisso, ita generaliter edicitur *in l. ait prator. 7. §. 6. h. t.* Hodie certo jure utimur ut & in lucro minoribus succurratur, idq; exemplificatur *in §. seq. 7. Si minor sine dolo h. e. nullo dolo inductus* (licet etiam & magis obtineat, si dolo inductus sit) *legatum repudiaverit, vel in optionis legato captus sit, dum elegit deteriore[m], vel si duas res promiserit (alternative) illam aut illam, & pretiosiore[m] dederit, debere subveniri d. l. 7 §. 7. h. t.*

LXXVIII. Sic restituitur minor, si omiserit hereditatem, aut repudiaverit *l. quod si minor 24. §. 2. h. t. tt. C. si ut omi[s]. hered. modo omnia in Integro sint, hoc est res nondum distractæ sint, d. l. quod si minor 24. §. 2. h. t.*

LXXIX. Recensuimus pluresq; casus, quibus restitutio datur, jam dicendum erit de casibus quibus negatur: quos tamen omnes & supervacuos recensere, nostri non est instituti. Et in genere dicitur *in l. in causa cognitione 16. h. t. si communi auxilio & mero jure minor munitus sit, non debet ei tribui extraordinarium remedium. Quod* accidit, si contractus sit ipso jure nullus, unde est, quod dicitur *in d. l. 16. §. 3. ubi contractus non valet, pro certo se non debere pratore[m] interponere. v. c. si cum pupillo contractum sit sine tutoris auctoritate, nec locupletior factus d. l. 16. pr. h. t.* Item si minor circumscriptus societatem coierit, vel etiam donationis causa *d. l. 16 §. 1.* Sed videtur amplius restitutio neganda, si alia Actio possit competere, per *d. l. 16. pr.* sed cum id perpetuum non sit, ut apparet *ex d. l. 16 §. 2.* & ibi apposita ratione, ubi cum restitutione condictio concurrit, quia minor non ipso jure, sed per conditionem munitus sit: vocabulum Actionis *gl. ad §. h.* explicat de Auxilio, per quod dicat ipso jure nullum, idq; subiecta exempla confirmant. Interim tamen verum est aliquando restitutionem in Integrum per Actionem excludi, cum scilicet: negata restitutione contra tertium Actio conceditur contra suratorem, de quo dictum thes: 75. Nec

LXXX. Nec restituitur Minor, si jussu Prætoris ei soluta fuerit pecunia secundum *d. l. 7 §. 2. b. t.* si minor major factus post 25 annum ætatis ea quæ in minore ætate gesta sunt, rata habuerit *tt. C. si maj. fact. rat. hab.* idq; vel verbis, vel ipso facto *l. si filius 30. h. t.* tacitè enim renunciassè censetur beneficio Prætoris *d. l. 30. h. t.* si coram præside asseveravit fallaci mendacio, sicq; se dolosè majorem dixit. & ita alium ad contrahendum induxerit *l. si i qui 2. cum l. seq. 3. C. si min. maj.* Malitiæ enim non succurritur *l. in fundo 38. ff. de R. Vind.* Secus est, si minor errore lapsus ve: deceptus ex scriptura paterna majorem se professus fuerit, tunc enim restitutionem rectè petit. *l. si cum minor. 1. C. si min. maj. se dix.* si tamen juramentum corporale accesserit, restitutio hoc casu negabitur *l. si alterius 3. in fin. C. d. tit.*

LXXXI. Si Decreto Prætoris Major fuerit pronunciatus Minor, non restituitur *l. minor. 32. in fin. h. t.* etiamsi accesserit falsa probatio Perfectæ ætatis. Sed quid de curatoribus? Pone, curatores fidem secutos Decreti & Doli ignaros ab administratione abstinuisse, & bona restituisse minori, item hoc casu, post falso probatam ætatem medio tempore ante 25tum annum solutionem factam, ipsi minori, ab eoq; consumptam esse, & tam curatores, quam illi, qui debita exsolverunt, ipso jure liberantur, nec debent iterum conveniri *dl. 32. h. t.* Pone iterum Curatores scientes Minorem esse, & Magistratum decipi, si in administratione perseveraverint, ob hoc tenentur, & hoc nomine conveniri possunt *dl. 32. vers. plane h. t.* sed quid si hoc casu non perseveraverint in administratione: puto eos teneri imputet enim sibi curator, quod de Dolo Minoris participaverit.

LXXXII. Sed & si Veniam ætatis impetraverit non restituitur *l. eos qui 1. C. de hi qui ven. ætat.* scilicet ne actus præteriti rescindantur. Possè autem restitui ad hoc, ut de novo & in futurum jure minorum utatur, & sic contra impetratam restitutionem, iterum restitutionem concedi, sententia est *gl. in dl. 1. & Dd. qui tamen hoc casu requirunt, ejusmodi restitutionem publice significari debere.*

LXXXIII. Non restituitur item contra contractum Juratum *auth: Sacramenta puberum C. si advers. vend.* hic contra Deum admissum, tam in contractibus, quam in delictis generaliter.

D

placuit

placuit enim inquit Ulpian, in *l. si ex causa* 9 §. 2. *h. t.* In delictis minoribus non subveniri. *tt. C. si advers. delict.* Hinc si minor Dolo non solverit vectigal, non restituitur *dl. 9 §. pen. h. t.* secus si citra dolum *d. §. pen.*

LXXXIV. Proximum jam videtur esse, tractare de personis, quibus detur hæc Restitutio, & postmodum contra quos detur. Personas servorum, de quibus inutilis hodie foret tractatio, ab hac disputatione remotas volumus. De Personis tantum liberis agere nostri instituti ratio postulat.

LXXXV. Liberis minoribus datur hoc beneficium tam patribus fam: quam filiis fam: ex his causis, quæ ipsius intersunt: puta si sit obligatus *l. deniq. 3 §. 4. h. t.* Hinc si mandatu patris filius res administrat non restituitur, cum eo modo majori potius consulatur, cujus damno res cessura est *l. cum mandatu 23. h. t.* ubi tamen additur limitatio, nisi eventu minor damnum sensurus sit, propterea, quod mandans non sit solvendo *dl. 23. h. t.*

LXXXVI. Prætor, inquit Ulpianus *dl. deniq. 3 §. 4. h. t.* Minoribus auxilium promisit non Majoribus. Hinc in communi causa soli Minori datur restitutio, non etiam Majori *l. un. C. si in comm. caus.* nisi res & causa sit talis, quæ pro parte non admitrat restitutionem *l. tutor. 4. 7. §. 1. h. t.* tunc enim & per latus minoris restituitur major. Hinc minor fidejubens vel mandans restituitur, ut tamen Debitor principalis non liberetur *l. minor 48. in pr. h. t.* Hinc itidem non restituitur minor, qui procurator fuit Majoris *dl. cum mandatu 23. h. t.* & imputari debet hoc Domino, qui tali commisit sua negotia. Quæ ratio cessat in Minore Negotiorum gestore *l. quod si min. 24. in pr. h. t.* Agit enim hic sine mandato, ut nec quicquam majori imputari possit.

LXXXVII. Datur tamen Restitutio hæc etiam aliquando majoribus sed ferè non aliter, nisi quatenus minoris personam repræsentant, ut heredibus *l. minor 18. §. fin. h. t.* *l. non solum 6. ff. de rest. in Integ.* hi enim minoris jure utuntur. An Fidejussoribus profit hoc beneficium Restitutionis? quæritur sane si apparuerit contractum dolo malo interpositum esse: manifesti juris est, utriq; personæ, tam minoris, quam Fidejussoris consulendum esse *l. si ea que 2. C. de fidejus. minor.* Rursus si citra dolum sub expressa quasi conditione si minor restitutionem peteret, contrahens acceperit Fidejussorem, & ita in hunc eventum

Ventum sibi voluerit cavere, restitutio Fidejussori denegabitur. *l. in
causa cognitione versabitur 13. h. t.* sed quid juris, si simpliciter nullo
interveniente dolo accepti sint Fidejussores? Regulariter neganda est
restitutio *Per l. si ea qua 2. C. de Fidejuss. minor.* De Mandatore aper-
ta est decisio in *dl. 13.* non debere ei subveniri, cum sit velut Affirma-
tor & suavor, ut cum minore contraheretur *dl. 13. h. t.*

LXXXVIII. Datur hæc Restitutio regulariter contra Minorem,
eum quo ipsi negotium intercessit, quod dubium habere non potest,
sed non solum contra ipsum, verum si filius fam: læsus sit, restitutio
etiam competit contra Patrem *dl. quod si minor 24 §. 3. h. t.* quia ex
contractu filii Actio datur & contra Filium, & contra Patrem *l. si quis
44 ff. de pecul.* Favor tamen Minoris hoc aliquando latius extendi
efficit. Unde etiam aliquando contra tertium manus porriguntur:
si inter sit minoris rem ipsam potius habere *l. si ex causa 9. d. l. 13 §. 1.
h. t.* vel si ubi, de damno pecuniario agitur, secundus Emptor sciens
rem acceperit, vel alter non sit solvendo *d. l. 13 §. 1. h. t.*

LXXXIX. Contra æque autem Privilegiatum Minor non resti-
tuitur, & ita contra alium minorem *l. verum 11 §. pen. h. t. l. si minor
34. pr. eod.* si scil. uterq; læsus sit, & accipiens pecuniam eam perdi-
dit. Idq; obtinet in privilegio æquali, & ejusdem generis. Unde pri-
vilegiorum inæqualitas facit, ut minori contra filium fam: in contra-
ctu mutui *d. l. 11 §. fin. h. t.* contra Mulierem intercedentem, si prior
debitor non sit solvendo, succurratur *l. si apud minorem 12. h. t.* Imbe-
cillius enim privilegium cedit fortiori.

XC. Ultimo hic dicendum, quam diu hoc remedium mino-
rum competat, & constat hodie Minorem, factum Majorem intra
quadriennium ex quo legitima ætas impleta est, debere causam resti-
tutionis introducere & prosequi *l. fin. C. de temp. in Integr. rest.*

XCI. Quarto loco ponitur CAPITIS DEMINUTIO, tan-
quam hujus restitutionis causa. Est autem capitis diminutio prioris
status permutatio *pr. Inst. h. t.* eaq; aut maxima est, cum civitas &
libertus amittitur, aut Minor, cum civitas non vero libertas amitti-
tur. Aut Minima, cum civitas & libertas quidem retinetur: status
autem hominis commutatur *Inst. h. t.* Ex hac ultima & minima
status per mutatione datur hæc restitutio iis, qui propter minimam

capitis diminutionem debitoris, actiones suas amiserunt *l. pertinet 22. pr. § 1. h. t.* Verum cum hujus tituli non magnus admodum hodie sit usus, teste *V. Velsen. h. t. n. 6. in fin.* ideo sufficiat hunc delibasse.

XCII. Quinto sequitur Edictum Prætoris de Restitutione MAJORUM, quo Major b. 25 annis ex justa causa absentib. vel aliter impeditis succurratur *l. hujus edicti 1. § 11 ff. § C. h. t.* Ratio hujus Edicti justissima est *d. l. 1. pr. h. t.* utpote quo læsum & amissum jus per id tempus quo, v. c. Reip. operam dabat, vel alio justo casu præpeditus reb. suis superesse non poterat, restituitur tam Absens contra Præsentem, quam Præsens contra Absentem *§. rursus 5. J. de act. d. l. 1. l. item hi. 4. l. cum miles 30. §. fin. h. t.* si res tam absentis quam Præsentis à Præseente vel Absente sint usucaptæ *l. si 31. h. t. l. quod tempore C. de rest. mil. & si post usucapionem & alienatæ d. l. 30. §. 1. h. t.* aut à creditorib. distractæ *l. ignorare 4. cum l. seqq. C. de rest. mil.* aut etiam in bona ejus missio fuerit facta ex primo decreto *l. item ait 21. §. 2. vers. cæterum ff. h. t.* aut si hereditas delata & propter absentiam non adita fuerit *l. cum quidam 30. ff. de adquir. vel omit. hered. restituitur idq., ne quis per justam & probabile absentiam lædatur d. l. 1. in pr. h. t.*

XCIII. Absentia in Jure alia est Necessaria & privilegiata ut Militum *l. miles 7. l. si qua 40. h. t.* & Legatorum *l. qui mittuntur 35. h. t. tr. ff. § C. de Legation.* in expeditionibus tamen occupatorum *l. miles 34. cum l. seq. h. t. l. fin. C. de rest. mil.* Alia Probabilis tantum sed tamen privilegiata ut studiorum & studiosorum causa *Auth. habita C. ne fil. pro pat.* Alia Voluntaria & Probabilis, non tamen privilegiata ut Mercatorum. Alia Necessaria Improbabilis autem & odie digna, ut relegatorum. Alia demum omnino voluntaria & cum dolo & affectatione conjuncta, & hæc nullam plane veniam meretur ut notat *Gethof ad l. sed §. si 26. §. fin. h. t. Odd. tr. de rest. in Integr. q. 5. n. 43.*

XCIV. Reip. causa abesse dicitur is qui sine dolo malo *d. l. 1. §. 1. l. item 4. h. t.* non sui commodi causa, *l. reipub. 36. h. t.* nec sponte, sed quasi coacte abest *d. l. 36. h. t.* & hic tam diu reipub. causa abesse dicitur quam diu officio præest *l. si cui 38. §. 1. h. t.* eoq. finito, quoad redire potuerit *l. ead.* Si vero infirmitate impeditus iter continuare non potuerit, habebitur ratio humanitatis ex causa hyemis, navigationis,

tionis, & coeterorum, quæ casu contingunt *l. si cui 38. in fin. h. t.*
Quod si sæpius Reip. causa abfuerit, tum ex novissimo reditu tem-
pus ei computabitur *l. nec non 28 §. 3. h. t.* quod beneficium etiam ad
uxores eorum, quæ cum maritis Reip. causa absentibus peregrinatæ
sunt *tt. C. de uxor: mil. item Liberos, Parentes suos & ministros*
dominos suos comitantes, quorum opera necesse habent VVesemb. in
par: C. de uxor: mil. & heredes militum, extenditur l. i. C. de rest mil.

XCv. Ad quod caput pertinent Proconsules eorumve Legati,
Præsides provinciarum *l. abesse 32. h. t.* procuratores Cæsaris, non so-
lum quibus Provinciam cujusque procuratio mandata fuerit: verum
etiam illi, quibus res nonnullæ tantum *l. qui mittunt: 25 §. 2. h. t.* Tribuni
militum, Præfecti *dl. 32. ht.* Missi ut milites ducerent atque reducerent *l. 35.*
in pr. h. t. ut malos homines compescerent *d. l. 35 §. 5. h. t.* qui, in expe-
ditionibus occupati à signis sine periculo discedere non possunt *l. mi-*
lites 45. h. t. Legati missi ad gratulandum Principi *d. l. 35 §. 1.* Lega-
torum comites *d. l. 32. h. t.* ubi quæritur An Legatus in itinere spolia-
tus restitutionum bonorum sibi ablatorum à Domino suo repetere
possit? Et videtur quod sic, nisi spoliū in bonis ad Legationem su-
stinendam non necessariis commissum fuerit. *Clarissimus Besoldus. Præ-*
ceptor meus observandus tract. de Legat. & Legationib.

XCvi. Aliæ etiam justæ absentis causæ esse possunt, ut si quis
justo metu, qualis est mortis, cruciatus corporis *l. metum a. 3. h. t.* abfu-
it, item qui in vinculis non tantum publicis, sed & qui à laironibus vel
potentioribus vi oppressus in vinculis vel latumis inclusus hæret. *l.*
succurritur 9. cum l. seq. 19. h. t. nec non ille, qui in servitute degit *l. 1.*
§. 1. in verbo servitute l. et quoz in h. t. captus est *d. l. 1. §. 1. verbo hosti-*
umve potestate l. item ei 14. h. t. aut ex captis apud hostes natus *l. ab*
hostibus 15 §. 1. h. t. si videlicet postliminio revertatur. Si vero apud ho-
stes mortuus fuerit heredes ejus restituuntur *d. l. 15. in pr. h. t.* hæc
adfirmatur is, qui licet præsens fuerit corpore, animo tamen & in-
tellectu abest, qualis est Furiosus & quilibet mente alienatus *l. ergo*
sciendum 32 §. fin. h. t. l. si ei 2 §. furiosus 3 ff. de Jure codicill: l. sed si 17.
§. 11 ff. de Injur. l. 124 ff. de RJ.

XCvii. In multis absentia non attenditur, nec pro absente Reip. cau-
sa habetur qui dolo malo data opera alterius captandi commodi gratia.

vel privati negotii *l. non vere 42. h. t.* vel litis effug'endæ causa abest, si maturius profectus, aut ultra legitimum tempus, quo nimirum reverti potuisset, emanfit *d. l. 4. §. 5. h. t.* quique potuit, vel antequam abiret, vel reversus interrompere usucapionem, & neglexit *d. l. 15 §. fin. l. 16. h. t.* non enim negligentib, sed necessitate rerum impeditis subvenitur *d. l. non enim 16. h. t.* Nec qui præsens idem damnum passurus fuisset, quod Reip. causa absens passus est *l. i qui 44 h. t.* Nec qui in Urbe Magistratum gerit Reip. causa abesse dici potest *d. l. 5 §. fin. cum l. 6. h. t.* Nec miles, qui com meatu accepto, domi suæ moratur, nec qui operas in exigendis publicis vestigalib, præbet, *l. miles 34. h. t. l. ult. C. de rest. mil.* Nec qui ad hostes transfugit *l. item ei succurritur 14. h. t.* Reipub. causa abesse dicitur.

XCVIII. Recte additur hæc clausula generalis *ex causa justa l. 1. §. 1. in fin.* cujus inferendæ necessitas proponitur *in l. 26 §. fin.* multi namq, casus inquit Ulpianus evenire potuerunt, qui differrent restitutionis auxilium, nec singularim enumerari potuerunt. Ut quoties æquitas restitutionem suggerit, ad hanc clausulam erit descendendū *d. l. 26 §. fin. h. t.* ideoq, beneficio hujus clausulæ vocantur omnes illi, quib, justa & in legib, non prohibita causa subest *l. nec non 28 §. 2. h. t.* Non autem subvenitur ex hac clausula Majori contra longi temporis præscriptionem, si, quod præscriptionis tempus curreret, ignorantiam prætenderit *l. cum in fin. ibi nulla scientia C. de præscript. long. temp. l. sicut in rem 3. ibi non sexus fragilitate & c. C. de præscript 30. vel 40 annor.*

XCIX. Continet hoc Edictum, qua de Personis agitur duo capita. Unum illarum, quæ sua absentia; Alterum illarum, quæ aliena absentia captæ sunt. Illo casu succurritur his, qui propter absentiam jus suum prosequi non potuerunt *l. 1 §. 1. h. t.* Hoc præsentib, contra absentes, cum absens usucepit rem præsentis qui in civitate est *d. l. 1 §. 1. h. t. §. 7. de Ad.* Ratio illius est, ne absentes damnum patientur: Ratio hujus, ne absentes aliis damnum inferant *l. item ait 21. cum l. seq. §. 1. h. t.* unde est, quod in *l. ait Prætor 23. h. t.* dicitur contra illos demum restitutionem dari, qui usu quid suum fecerunt, contra illos vero negari, qui propter usum sibi acquirere non potuerunt, ut sunt ab hostib, capti *d. l. 23. §. 1. h. t.* ut autem hæc locum habeant, requiritur,

quiritur, ut absens non defendatur *d. l. ii. pr. & §. i. h. t.* Nam si absens Procuratorem reliquerit, cum habuerit Actor, quem convenire poterit, cessat restitutio *d. l. 21. §. 2. h. t.* si non reliquerit, præsens cognatos & amicos ejus adire & compellere hoc nomine debet, an forte sit, qui ejus defensionem suscipere velit *d. l. 22. h. t.*

C. Notandum tamen inquit JCtus *in d. l. 22.* in secunda Edicti parte plus edixisse Prætozem, quam in prima. & scilicet cum adversus absentes restituit, quam cum ipsis adversus præsentibus subvenit. Simpliciter enim edixit prætor se sine enumeratione personarum subvenire: atque itaque contra quosvis absentes, sive ex justa causa absint, sive injusta. Absentia namque nemini debet prodesse cum jactura alterius, cujus nulla intercesserit culpa *d. l. 22. §. 1. h. t.*

CI. In prima autem Edicti parte certas enumeravit prætor personas, quibus succurri voluit: ita tamen, ut per generalem clausulam alius quoque subveniendum censeat, si æquitatis ratio hoc permittat, quo pertinet clausula, *si qua alia justa causa mihi videbitur l. 1. §. 1. in fin. h. t.* in secunda namque Edicti parte satis plene provisum esse præsentibus, contra absentes ostendit *d. l. 21. §. 1. h. t.*

CII. Causæ Restitutionis generaliores sunt, si quid de bonis alicujus de minutum sit, vel si actionis dies exiisse dicetur *l. 1. §. 1. h. t.* ubi textum supplet Gothofr. Illud fit, si res usucapta, & dominium amissum est. Hoc si actio per lapsum diei finita sit sine dolo malo *d. l. sed & si 26. §. 5. & seqq. h. t.* quod fieri potest tam inter præsentibus, quam absentes ut si vel Conveniendus, vel etiam ipse qui agere poterat, absens fuerit. Inter absentes hoc accidit per tergiversationem rei *l. sed & ad eos 24. h. t.* alia causa proponitur in *l. cum miles 30. §. 1. h. t.* si contra aliquem pronunciatum fuerit scilicet absentem, restituetur ad hoc, ut fatalibus elapsis appellare possit. *arg. l. ult. ff. de rest. in Integr.*

CIII. Ultimo dicendum hic est de Remedio h. e. Actione Rescissoria qua succurritur Majoribus læsis, dicitur Rescissoria, quia cum revera adimpleta usucapio sit, hac consequimur, ut usucapio rescindatur, & res nobis restituatur *d. §. 5. Inst. de Act.* Fictione enim quadam dicitur Actor non usucepisse, adversarium, quod tamen revera usucepit.

CIV. Actio hæc quam prætor dat, cognita primo causa justissima, dicitur Rescissoria, durans olim annum utilem *§. 5. Inst. de Act. l. 1. §. 1. h. t.*
l. in hono-

*l. in honor artu 35. ff. de O. & ff. quæ hodie tamen mutato jure veteri qua-
driennio continuo absoluitur l. ult. C. de temp' n Intedr. rest.* Porro datur
etiam hæc actio contra tertium possessorem ut res restituatur *si qui enim
inquit Paulus in d. l. 30. §. 1. h. t. Reip: causa absui. usucepit, & post usuca-
pionem alienaverit rem, restitutio facienda erit.* scil. in rem ipsam, ut ibi
notat Gothofr: Ratione Dd. utuntur hæc, quod forsan Domini plurimè
interesse possit, habere rem ipsam. Commodior hæc videtur ratio, quod
Actio hæc sit in Rem, & detur sub colore non adimpletæ usucapionis.
Idq; ulterius, & sc. etiam dari contra tertium possessorem probatur *ex l.
Julianus 17. h. t.*


CV. Restituitur hac Actione non tantum res principalis, sed etiam
fructus *l. nec non 28. §. fin. h. t.* Nec damnum acceptum tantum, sed &
lucrum ommissum *l. & sine 27. h. t.* Pignora quoq; distracta, si restituenda
fuerint, restituuntur ita, ut offeratur pretium quo res venit, si minoris,
aut debitum si majoris vendita fuerit *arg. l. si cum 6. C. de rest. mil.*

CVI. Sexta & ultima Restitutionis causa est ALIENATIO JU-
DICII MUTANDI CAUSA FACTA. omnibus enim modis pro-
consul (idem sentiendum de prætorè) id agit, ne cujus deterior causa fi-
at ex Alienatioe facta *l. omnib. modis i. h. t.* In quibus verbis consistit æ-
quitas hujus Edicti. Deterior autem intelligitur fieri, si quis Personam
potentiorè, judiciumq; aliud nobis obrudat. Potentiori enim pares
esse non possumus, & in alterius provincia experiri non solum mole-
stum, sed & sumptuosum est *d. l. 1. §. 1. l. quia etiam 3. h. t.* Requiritur
autem ut huic Edicto locus sit, & ut Dolus intervenerit, & ut Judicii
mutandi causa alienatio facta sit *l. item si 4. §. 1. h. t.* adeoq; vitiosum pro-
positum & finis hic concurrunt. nec Judicii simpliciter, sed judicii fu-
turi causa rem alienatam esse oportet *l. ex hoc edicto tenetur 8. §. 1. h. t.*
Actio quæ hinc oritur, est annalis *l. vel post annum 6. h. t.* & rei perfec-
toria, non pœnalis *d. l. item si 4. §. fin. h. t.*

Et tantum pro instituti ratione de materia hac difficili dixisse
sufficiat. DEUM precamur, ut studia nostra ita dirigat, ut in sui
nominis gloriam cedant, cui cum filio & Spiritu sancto
sit Laus & Gloria in sempiternum.







quæ casu contingunt *l. si cui 38. in fin. h. t.*
causa ab fuerit, tum ex novissimo reditu tem
nec non 28 §. 3. h. t. quod beneficium etiam ad
m maritis Reip. causa absentibus peregrinatæ
nil item Liberos, Parentes suos & ministros
ates, quorum opera necesse habent VVesenb. in
heredes militum, extenditur l. 1. C. de rest mil.
aput pertinent Proconsules eorumve Legati,
l. abesse 3 2. h. t. procuratores Cæsaris, non so
nciæ cuiusq; procuratio mandata fuerit: verū
nullæ tantum *l. qui mittunt: 25 §. 2. b. t.* Tribuni
t. Missi ut milites ducerent atq; reducerent l. 35.
ones compescerent d. l. 35 §. 5. h. t. quiq; in expe
ignis sine periculo discedere non possunt *l. mi*
ssi ad gratulandum Principi d. l. 35 §. 1. Lega
b. t. ubi quæritur An Legatus in itinere spolia
orum sibi ablatorum à Domino suo repetere
d sic, nisi spoliū in bonis ad Legationem su
nis commissum fuerit. *Clarissimus Besoldus. Pra*
tract. de Legat. & Legationib.
m justæ absentæ causæ esse possunt, ut si quis
ortis, cruciatus corporis *l. metus a. 3 h. t.* abfu
non tantum publicis, sed & qui à latronib; vel
ffus in vinculis vel latumis inclusus hæret. *l.*
10 h. t. nec non ille, qui in servitute degit. *l. 2.*
quoz; in h. t. captus est *d. l. 1 §. 1. verbo hosti*
14 h. t. aut ex captis apud hostes natus *l. ab*
elicit postliminio revertatur. Si vero apud ho
redes ejus restituantur *d. l. 15. in pr. h. t.* hisce
præsens fuerit corpore, animo tamen & in
Furiosus & quilibet mente alienatus *l. ergo*
si ei 2 §. furiosus 3 ff. de Jure codicill: l. sed si 17.
de RJ.

076
tia non attenditur, nec pro absente Reip. cau
data opera alterius captandi comod gratia,
D; vel